

יחמתי (אח) cujus verbi ea vis est, ut ipsum τὸ Φυτικὸν generandi facultatem, quæ alioquin ἄλογος, omniq; sicut intellectu, ita assensu destituta, peccati arguat, & non modò illam calefaciendi & fovendi potentiam, quâ intra alvum maternam formamur, & alimur corruptam, sed nos illâ ipsâ caloris transfusione labem traxisse queratur. *Vide Disput. Gesneri in F. C. Diss. 3. p. 49. seqq.*

10. *Nullum accidens potest corrumpere substantiam:*

*Peccatum Originale est Accidens:*

*E. Peccatum Orig. non potest corrumpere substantiam.*

*Resp. fallacia est à dicto secundum quid. Accidens leviculum non corrumpit substantiam, sed quid fiet de aliis? lepra Accidens est, nihilominus corrumpit substantiam humani corporis totam. Meifart. in Nodo Gordio p. 5.*

11. *Quicquid pugnat cum lege Dei, est peccatum, 1. Job. 3. v. 4.*

M

Tota